Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35138
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar/Seminario Maggiore



Curator

mus ergo: Pater noster q̃ es in cel'
Ubi sciendum. q̃ fm quod dicit
Eberhardus. pater accipitur q̃n/
q̃z modis. quia primo dicitur pa/
ter ratione cure. alio modo ratõne
geniture. alio modo ratione etatis
alio modo ratione honoris. alio
modo ratione creatiõis. Istis q̃n
q̃z modis deus est pater omnium
Primo rõne cure. Ita ôt Paulus
aplus dicens: Omnẽ sollicitudi/
nem vestrã ponentes in deum. q̃a
ipse curat de omnib̃ vt ipsemet di
cit xp̃us in Math. Nolite soliciti
esse dicentes. quid manducabi/
mus. aut quid bibemus. aut quo
operiemur: scit enim pater vester
celestis quia his omnibus indige
tis. Secundo deus est pater om/
nium ratione geniture. Unde de
eo dicit apostolus Voluntarie ge
nuit nos verbo veritatis. vt simus
initium ali quod creature eius.
Unde quilibet potest dicere illud
Psal. Dominus dixit ad me fili/
us meus es tu ego hodie genui te
Et de quolibz dicit deus illud qd
dicitur in. ij. libro Regũ. Ego ero
illi in patrem et ipse erit mihi in fi/
lium. Tercio deus est pater ratio/
ne antiquitatis. Unde de eo dicit
Daniel. Antiquus dierum sedit et
libri videlicet conscientiarũ aper/
ti sunt coram eo. Unde omẽs pos
sumus dicere quod dicit apostol/
lus. Unum patrem habemus de
um. Quarto deus est pater omni
ũm ratione honoris. quia deũ ha
bemus honorare speciali honore
et reuerentia. que a doctoribus di
citur latria. qui honor nulli creatu
re debet exhiberi nec decet. Unde
quilibet debet dicere illud quod
dicitur in Mattheo. Confiteor ti
bi domine pater celi et terre. ita q̃
confiteri ibi idem est quod lauda/
re siue honorare. Quinto deus est
pater omnium ratione creationis
Unde Moyses. Nunquid non
ipse ẽ deus qui possdz te. fecit te. t
creauit te. Unde ex hoc quod dici
mus pater. habemus fiduciaz ad
obtinendum illud quod in illa ora
tione petimus. Unde possumus
arguere sic. pater dat filio illud qd
petit ab eo dummodo illud quod
petit sit iustum et filio necessarium
sed deus est pater omnium et illud
quod petimus in isto oratione est
iustissimum et valde nobis neces/
sarium. quare fiduciam habemus
q̃ deus totũ dabit nobis. Et fun
datur ista ratio super verbum sal
uatoris in Luca vbi dicit sic. Si
vos cum sitis mali nostis dare bo
na filijs vestris. quãto magis pa
ter vester dabit spiritum bonum
petẽtibus se. quasi dicat. q̃ immo
dabit. Secundo in ista oratiõe
allegamus nostrum priuilegium.
cum dicimus noster. Unde no
tanduz q̃ q̃z uis (vt dictũ est) deus
sit pater omniũ illis quiq̃z modis.
tamẽ nos qui sumus regenerati ũ

56